 tur hūanis. multo icōparabili
 us eam maie icōmutabili et
 naq; substantia qd̄ ē deus trini
 tas. **v.** De sp̄s sc̄a vinitate cū
 p̄re ⁊ filio. **vi.** De natura cor
 porali ⁊ creatura sp̄iali q̄ sim
 plices nō sūt. q̄ nec icōmuta
 biles. **vii.** De simplicia ⁊ icōm
 mutabili essentia dei q̄uis mul
 tipliat scdm̄ substantiā noie
 tur. **viii.** Trinitatē deitatis
 nullo mō triplicē ee dicendā
 q̄ nec tria plus ibi sūt q̄ unū
 nec unū min⁹ q̄ tria. **ix.** De
 solo vero deo patre ⁊ filio ⁊ sp̄i
 sc̄o. **x.** De essentia sc̄a hylary
 qui in trinitate p̄louax p̄rie
 tū intelligit demonstrasse.
Incipit liber sextus. Cap̄lm
Adualitatē p̄mū.
 p̄ris ⁊ filij ⁊ sp̄is
 sc̄a putant nōnulli
 ex hoc impediri
 quo min⁹ intelligatur. quia
 sc̄ptū est xp̄m dei virtutē et
 dei sapiam: ut ideo nō vi

deatur equalitas. q̄ nō est pater
 ip̄e virtus ⁊ sapiā. s; genitor
 virtutis ⁊ sapiencie. Et reuera
 nō mediocri intencione queri
 solet. quomō dicatur deus vir
 tutis ⁊ sapiencie p̄r. Aut nāq;
 aplius xp̄m dei virtutē ⁊ dei sa
 pienciā. Et hinc nōnulli nos
 trū aduersus arrianos hoc
 modo ratiocinati sūt eos dū
 tarat qui prius se aduersus
 catholicam fidē extulerunt.
 Nam ip̄e arrius dixisse fer
 tur. Si filius ē. natus est: si
 natus ē. erat t̄pus q̄ non
 erat filius: non intelligens
 etiā natū esse. deo sempiter
 nū esse. ut sit coetern⁹ p̄r
 filius. sicut splendor qui ḡg
 nitur ab igne atq; diffun
 ditur. coeius ē illi ⁊ eiaq;
 coetern⁹ si esset ignis et̄nus.
 Unde quidā posteriores ar
 rianū abiecerūt istā sentē
 tiā: falliq; sūt nō ex tempe
 cepisse filiū dei. S; int̄ dis
 putationes quas habebāt
 nr̄i aduersus eos qui dice
 bant. erat t̄pus quādo nō
 erat filius: hanc etiā non
 nulli ratiocinationē inse
 rebant. Si dei filius virtus
 et sapiā dei est. nec vniq;
 deus sine virtute ⁊ sine sa
 piencia fuit: coetern⁹ est

deo p̄r filius. Dicit at̄ aplius
 xp̄m dei virtutē ⁊ dei sapiā.
 Et deū aliquū nō habuisse
 virtutē aut sapienciā. demē
 tis est dicere. Nō iḡ erat tē
 pus q̄ nō erat filius. Que
 ratiocinatio ad id cogit. ut
 dicam⁹ deū p̄rem nō eē sa
 pientē. nisi habendo sapien
 ciā quā genuit: nō existen
 do p̄ se pater ip̄a sapiencia.
 Deinde si ita est: filius quo
 q; ip̄e sicut dicitur deus de
 deo. lumen de lumine. vidē
 dū utrū possit sapiā de sa
 piencia dici: si non ē deus
 pater ip̄a sapiā. s; tantū
 genitor sapiencie. Qd̄ si te
 nem⁹. cur nō ⁊ magnitudi
 nis sue. ⁊ bonitatis. ⁊ eter
 nitatis. ⁊ oīpotencie sue ge
 nerator sit: ut nō ip̄e sit
 sua magnitudo. ⁊ sua boni
 tas. ⁊ sua eternitas. ⁊ sua oī
 potencia. s; ea magnitudiē
 magn⁹ sit quā genuit. ⁊ ea
 bonitate bonus. ⁊ eterna
 te eternus. ⁊ ea oīpotencia
 oīps que de illo nata est:
 sicut nec ip̄e sua sapiā ē.
 s; ea sapiā sapiens est que
 de illo nata est. Nā illud
 nō est formidandū ne cogā
 mur multos filios dei dicē.
 preter adoptionē creature

coeternos p̄: si magnitudinis
sue genitor ē. et bonitatis. et eter-
nitatis. et omnipotentiae. Huic
enī calūpnie facile r̄ndetur.
sic nō effia. q̄ multa noiata
sūt ut ille multoz filioz coe-
ternoz sit p̄: que admodū
nō effiat ut duoz sit cū dia-
tur xp̄us dei virtus et dei sapiā.
Eadem q̄ppe virtus que sapi-
entia: et eadem sapiā que vir-
tus. Itane igit̄ etiam de ceteris
ut eadem sit magnitudo que
virtus: et si qua alia ul' sup̄
cōmēorata sūt. ul' cōmemora-
ri adhuc possunt: **Ca. scdm.**

Sed si nō dī in seip̄o. nisi
qd̄ ad filiū dī. id p̄r ul'
genitor. ul' p̄ncipiū eius. si e-
nā gignens ei qd̄ de se gignit
cōsequent̄ p̄ncipiū est. quid
quid aut̄ aliud dicit. cū filio
dicit ul' potius in filio. siue
magnus ea magnitudine
quam genuit. siue iustus
ea iustitia quā genuit. siue
bonus ea bonitate quā ge-
nuit. siue sapiens ea sapiā
quā genuit. siue potens ea
potentia ul' virtute quā ge-
nuit. Magnitudo autē ip̄a
nō dī p̄r. s̄ magnitudinis
gnator. Filius vero sicut ī
semetip̄o dicit̄ filius qd̄ nō
cū p̄r dicit̄ s̄ ad p̄rem. nō

sic et in seip̄o magnus: s̄ cū p̄r
cū ip̄e magnitudo ē: sic et sa-
piens cū p̄r dicit̄ cū ip̄e sa-
piencia est: sicut ille sapiens
cū filio. qui ea sapiā sapiens
est quā genuit. Quid quid
ḡ ad se dicit̄. nō dī alter siue
altero: id ē quid qd̄ dicitur
qd̄ substantiā eoz ostendat.
ambo simul dicit̄. Si hec
ita sūt. iā ḡ nec deus ē p̄r siue
filio. nec filius deus siue p̄r:
s̄ ambo simul deus. Et quod
dictū est. in p̄ncipio erat ver-
bū: in p̄r erat verbū intelli-
gitur. Aut si in p̄ncipio sic
dictū ē ac si diceretur ante
om̄ia qd̄ sequit̄. et verbū eāt
apud deū: verbū quidē solus
filius accipitur. non simul
p̄r et filius tamq̄ ambo unū
verbū. Si enī verbū quō y-
mago: nō aut̄ p̄r et filius
simul ambo ymago. s̄ fili-
solus ymago p̄ris: que admo-
dū et filius. non eī ambo simul
filius. Qd̄ vō adiungit̄. et v̄bū
erat apud deū: multū ē ut
sic intelligat̄. v̄bū qd̄ solus ē
filius erat apud deum. qd̄ nō
solus ē p̄r: s̄ p̄r et filius unū
deus. S̄ quid mirū si ī duab'
quibusdam rebus longe int̄
se diuisis potest hoc dici: Qd̄
enī tam diuisū. q̄ animū et cor

Tertius.

pus: potest tū dia animus erat
 apud hominē id ē in hoīe cum
 animus nō sit corpus. hō autē ani-
 mus simul et corpus sit: ut etiā
 qd̄ consequēter scriptū est et deus
 erat v̄bū. sic intelligat. verbū
 qd̄ nō est p̄r deus erat simul cū
 p̄r. Itaque ḡ dicim⁹ ut p̄r sit ge-
 nerator magnitudinis. hoc est
 generator virtutis. ul' genera-
 tor sapiē sue. fili⁹ autē magnitu-
 do virtus et sapiē: deus v̄o mag-
 nus. om̄ps. sapiens ambo simul:
 Quō ḡ deus de deo. lumen de lumine.
 Non enī simul ambo deus de deo
 lumen de lumine. s; solus filius
 de deo scilicet de p̄r: nec ambo
 simul lumen de lumine. s; solus fi-
 lius de lumine p̄r: nisi forte ad i-
 nuandū et breuissimē itulcādū
 qd̄ coetern⁹ ē p̄r filius ita dictū
 ē. deus de deo lumen de lumine.
 et si quid hoc modo dī. ac si dice-
 retur. hoc qd̄ nō ē filius sine p̄r.
 de hoc qd̄ nō ē p̄r sine filio. id ē
 hoc lumen qd̄ lumen nō ē sine
 p̄r. de hoc lumine p̄r qd̄ lumen
 nō est sine filio: ut cū dī deus
 qd̄ nō est filius sine p̄r. et de deo
 qd̄ nō est p̄r sine filio. p̄r itel-
 ligatur qd̄ nō p̄cessit genitor il-
 lud qd̄ genuit. Qd̄ si ita ē: hoc
 solū de eis dia nō potest qz nō
 simul ambo verbū. s; solus fili-
 us: nec ymago de ymagine.

Illud de illo qd̄ simul abo nō sit:
 sicut verbū de verbo dia nō p̄t.

qz nō simul ambo ymago: nec
 filius de filio. qz nō simul am-
 bo filius. scdm̄ qd̄ dicit. ego et
 p̄r v̄nū lumen. **Cap. tertium.**

Quū lumen enī dictū est:
 qd̄ ille hoc et ego scdm̄
 essentia. nō scdm̄ relatiuū. Et
 nescio utrū inueniat in scriptu-
 ris dictū v̄nū sūt. quoz ē diuisa
 natura. Si autē et aliqua plu-
 ra eiusdē nature sint et diuer-
 sa sentiant: nō sūt v̄nū i q̄n-
 tū diuersa sentiūt. Nā si iā
 v̄nū essent ex eo qz hoīes erāt:
 nō diceret ut sūt v̄nū sicut
 et nos v̄nū. cū suos discipulos
 p̄r cōmendaret. At v̄o paul⁹
 et apollo qz et ambo homines
 et idem sentiebant: qui plan-
 tat aut inquit et qui rigat
 v̄nū sūt. Cū ḡ sic dī v̄nū ut
 nō addatur quid v̄nū. et plura
 v̄nū dicant: eadē natura atqz
 essentia nō distitens neqz dis-
 sentiens significat. Cū v̄o ad-
 ditur quid v̄nū. potest aliqd̄
 significari ex plurib⁹ v̄nū sc̄m̄
 quīs diuisis naturis: sicut aīa
 et corpus nō sūt utiqz v̄nū.
 Quid enī tam diuersū: Nisi
 addatur aut subintelligatur
 quid v̄nū. id ē v̄nū hō aut v̄nū
 animal. Inde aplis. qui adhe-
 ret meretrici iquit v̄nū corp⁹
 ē. Non dixit v̄nū sūt. a v̄nū

ē: s; addidit corpus. tāq̄ ex duo
 bus diuisis masculino ⁊ femi
 nino unū corpus aduictione
 cōpositū. Et qui adheret iqt̄
 dno vn' spūs est. Non dicit
 qui adheret dno vn' ē aut v
 nū sūt: s; addidit spūs. Dui
 sū enī natura spūs hoīs ⁊ spūs
 dei: s; adherendo fit vn' spūs
 ex diuisis duob; ita ut sine hu
 mano spū bt̄is sit dei spūs
 atq; p̄fātis: bt̄is aut̄ homūs
 spūs. nō nisi cū deo. Nec frus
 tra ut existimo cū tanta in e
 uangelio scdm̄ iohem ⁊ quo
 ciens dicit dūs de ip̄a unitate
 ul' sua cū p̄e. ul' nr̄a iūce no
 bilcū. nūlq; dicit ut nos ⁊ ip̄i
 unū. s; ut sūt unū sicut ⁊ nos
 unū. Pater g' ⁊ filius unū sūt
 utiq; scdm̄ unitatē substantiæ:
 ⁊ vnus deus est. ⁊ vn' magnus.
 ⁊ vn' hōnus. sicut tractatū ē.
Vnde g' maior pater: Si enī
 maior. magnitudiē maior. Cū
 aut̄ magnitudo eius fili' sit:
 nec ille utiq; maior ē eo qui se
 genuit. nec ille maior ē ea mag
 nitudiē qua magn' ē: ergo eq̄
 lis. Nā vnde equalis? si nō eo
 qd̄ est: Cui nō est aliud esse. ⁊
 aliud magnū esse. Aut si eter
 nitate pater maior ē: nō est
 equalis filius quacūq; re. Vū
 enī equalis: Si magnitudiē

sapientis

dicis: nō est par magnitudo que
 min' etna ē. atq; ita cetera. An
 forte i virtute equalis ē. in sapiā
 vō nō ē equalis: S; quō equalis
 ē virtus que minus sapit: An
 in sapiā equalis ē. i virtute at̄
 nō est equalis: S; quō equalis
 sapiā. que min' potens est: fiet
 itaq; ut si nulla re īequalis
 est: i omnibus sit equalis. At sc̄p
 tura clamat. nō rapinā arbitra
 tus ē esse equalis deo. Cogitur
 g' quūvis aduersarius veritatis
 quō tenet auctoritate aplica i
 qualib; ul' vna re equalē deo
 filiū confiteri: eligat quā volu
 erit. Hinc ei ostendit̄ in omnib;
 eē equalē que de substantia ei'
 dicuntur. **Capitulum quartum.**
Si enī virtutes que sūt i au
 mo huāno q̄uis alio atq;
 alio modo singule itelligantur.
 nullo mō tū sepant̄ ab iūcem.
 ut quicūq; fuerint equales. vbi
 gr̄a in fortitudiē. equales sūt
 ⁊ prudentia ⁊ iusticia ⁊ tempe
 rancia. Si enī dicis equales
 esse istos fortitudiē. s; illū p̄el
 tare prudentia. sequit̄ ut hui'
 fortitudo min' prudens sit: ac
 p hoc nec fortitudiē equales
 sūt qn̄ est istius fortitudo pru
 dentior. Atq; ita de ceteris virtu
 tibus iuenies si omēs eadem
 consideratione parras. Non

Tertus.

eum de viribus corporis agit. s; de
 anime fortitudine. Quia ergo
 magis in illa incommutabili eter-
 naque substantia incomparabiliter
 simpliciore quam est animus huma-
 nus hec ita se habent: Huma-
 no quippe animo non hoc est esse
 quod est forte esse. aut prudente.
 aut iustum. aut temperantem.
 Potest enim esse animus et nullam
 istarum habere virtute. Deo autem
 hoc est esse quod est. forte esse aut
 iustum esse aut sapientem esse: et si
 quid de illa simplici multiplici-
 tate vel multiplici simplici-
 tate dixeris. quo substantia eius
 significetur. Quamobrem siue
 ita dicatur deus de deo. ut et sin-
 gulis hoc nomen conveniat:
 non tamen ut ambo simul duo di-
 guntur unum deus sit. Ita enim sibi co-
 herent: quod etiam in distantibus
 divinisque substantiis fieri apostolus
 testis est. Nam et solus dominus spiritus
 est. et solus hominis spiritus utique spiritus
 est: tamen si hereat domino unum spiritus
 est. Quia magis ibi: ubi est om-
 nino inseparabilis atque eterna con-
 nectio. Ne absurde dici vide-
 retur quasi filius amborum cum
 dicatur filius dei. si id quod dicitur
 deus non nisi de ambo simul
 dicitur: siue quidquid de deo dicitur
 quod substantiam eius indicet non
 nisi de ambo simul. primo

de ipsa simul trinitate dicitur. Siue
 ergo hoc siue illud sit quod diligen-
 tius discutendum est: nunc unde
 agitur satis est videre nullo modo
 filium equaliter esse patri. si in aliquo
 scilicet quod pertineat ad significan-
 dam eius substantiam inequalis
 invenit. sicut iam ostendimus. Ap-
 ostolus autem dicit equaliter in omnibus. Ergo
 equalis est patri filius: et est unum
 eisdemque substantiae. **Cap. v.**
Quapropter etiam spiritus sanctus in
 eadem unitate substan-
 tiae in ea equalitate consistit.
 Siue enim sit unitas ambo-
 rum siue sanctitas. siue caritas.
 siue ideo unitas quae caritas.
 et ideo caritas quae sanctitas:
 manifestum est quod non aliquis duorum
 est quo uterque coniungitur. quo geni-
 tus a genente diligatur. ge-
 neratoremque suum diligat: sintque
 non participatione sed essentia sua
 neque domino superioris alicuius sed
 suo proprio servantes unitatem
 spiritus in vinculo pacis. quod in-
 tuitu per gratiam et ad deum et ad nos ip-
 sos iubemur: in quibus duobus precep-
 tis tota lex pendet et propheta. Ita
 sunt illa tria deus unum. solus mig-
 nus. sapiens. sanctus. beatus. Nos autem
 ex ipso. et per ipsum. et in ipso beati. quae
 ipsius munere inter nos unum. cum
 illo autem unum spiritus. quae glutinat
 anima nostra post eum: et nobis herere

deo bonū ē. q̄ p̄det om̄nē qui
 fornicat̄ ab eo. Sp̄s ḡ sc̄s cō
 mune aliqd̄ ē p̄s r̄ filij. q̄d̄qd̄
 illud ē: aut ip̄a cōmuniō con
 substancialis r̄ coet̄na: que si
 am̄icia cōuenient̄. dia potest
 dicat̄. ḡ aptius di caritas. Et ḡ
 quoq̄ substancia. q̄ r̄ deus sub
 stancia: r̄ deus caritas sicut sc̄p̄
 tū ē. Sicut aut̄ simul substācia
 cū p̄e r̄ filio. ita simul magna.
 r̄ simul bona. r̄ simul sancta. r̄
 quidquid aliud ad se dicat̄: qm̄
 nō aliud ē deo eē. r̄ aliud magnū
 eē ul' bonū esse: r̄ cetera sicut su
 pra ostendim̄. Si enī minus
 magna ē ibi caritas q̄ sapia: mi
 nus q̄ est diligit̄ sapia. Equal̄
 ē igitur: ut quāta est sapientia
 tantū diligit̄. Est aut̄ sapien
 tia equalis p̄i. sicut supra dis
 putauim̄. Equalis ē ḡ. etiam
 sp̄s sc̄s. Et si equalis ī om̄ib̄:
 equalis p̄t̄ sumā simplicitatē
 que ī illa substancia est. Et idē
 nō amplius q̄ tria sūt: vnus
 diligens eū qui de illo ē. r̄ vnus
 diligens eū de quo ē: r̄ ip̄a dilāo.
 Que si nichil est. quō deus dilec
 tio ē: Si nō ē substancia? quō
 deus substancia ē: **Caplm. vi.**

Si querit̄ aut̄ quō simplex
 et multiplex sit illa sub
 stancia: animadūenda ē p̄mo
 creatura quare sit multiplex.

nullo aut̄ modo vere simplex.
 Et prius corpus vniūsu utiq̄
 ptibus constat: ita ut sit ibi a
 lia ps maior alia minor. r̄ ma
 ius sit vniūsu q̄ ps quelibet a
 q̄ntalibet. Nam r̄ celū r̄ terra
 ptes sūt vniūse mūdane molis.
 S; r̄ sola terra ul' solū celū inui
 bilib̄ ptibus constat. r̄ ī tercia
 sui pte minor ē q̄ in ceteris. r̄ ī
 diuidia minor q̄ in tota: r̄ totū
 mūdi corpus qd̄ duab̄ plerūq̄
 ptibus appellari solet id ē celū
 r̄ terra. utiq̄ maior ē q̄ solū celū
 aut sola terra: r̄ ī vnoquoq̄ cor
 pore aliud ē magnitudo. aliud
 color. aliud figura. Potest enī
 r̄ diminuta magnitudie manē
 idem color r̄ eadem figura. r̄ colo
 re mutato manē eadem figura
 r̄ eadem magnitudo: r̄ figura ea
 dem nō manente. tam magnū
 eē r̄ eodem mō coloratū. r̄ quecūq̄
 alia simul dicūt̄ de corpe. possūt
 r̄ simul r̄ plura sine ceteris com
 mutai. Ac p̄ hoc multiplex esse
 cōiunat̄ natura corpis. simplex
 aut̄ nullo modo: creatura quocūq̄
 sp̄ialis sicut ē aīa. Est quidē
 ī corpis cōparatione simplicior:
 sine cōparatione aut̄ corpis mul
 tplex. Est etiā ip̄a nō simplex.
 Nam ideo simplicior ē corpe. q̄
 nō mole diffundit̄ p̄ spaciū loci:
 ḡ ī vnoquoq̄ corpe. r̄ ī toto tota

Tertius.

est: et in qualibet parte eius tota est.
 Et ideo dum fit aliquid in quavis
 exigua particula corporis quod senti-
 at anima: quoniam non fiat in toto cor-
 pore. illa tamen tota sentiat. quia totum
 non latet. Sed tamen eadem in anima cum al-
 iud sit artificiosum esse. aliud iter-
 tem. aliud acutum. aliud meorem.
 aliud cupiditas. aliud timor. a-
 liud leticia. aliud tristitia. possunt
 quod et alia sine alijs. et alia maius
 alia minus inveniabilia. et inveniabili-
 ter in anime nata inveni: maius
 festum est non simpliciter sed multipli-
 cem esse naturam. Nichil enim sim-
 plex mutabile est. Omnis autem
 creatura mutabilis. **Cap. vii.**

Deus vero multiplicat quidem
 dicitur magnus. bonus. sapi-
 ens. beatus. verus. et quidquid ali-
 ud non indigne dici videtur: sed
 eadem magnitudo eius est que
 sapientia. non enim mole magnus est
 sed virtute: et eadem bonitas que
 sapientia. et magnitudo. et eadem ve-
 ritas que illa omnia: et non est ibi
 aliud beatus esse. et aliud magnus a-
 sapientem. a verum a bonum esse. sed
 domino ipsum esse. Nec quoniam trinitas est deus
 ideo triplex putandus est: alioquin
 minor erit pater solus. aut filius
 solus. cum spiritus atque inseparabiliter
 et ille cum filio sit. et ille cum patre: ut
 non ambo sint pater. aut ambo fi-
 lius. sed quod spiritus inuicem. neuter solus

Quia vero dicimus et deum solum ipsam
 trinitatem quoniam spiritus sit cum spiritibus
 et aeternis sanctis. sed solum dicimus quod
 deus est. quod non et illi cum illo deus sit:
 ita solum patrem dicimus patrem. non
 quod separetur a filio. sed quia non si-
 mul ambo pater est. **Ca. octauum.**

Quoniam itaque tantus est solus
 pater vel solus filius vel so-
 lus spiritus sanctus. quoniam et simul
 pater et filius et spiritus sanctus: nullo
 triplex dicendus est. Corpora quippe
 per adiunctionem suam crescunt
 eius enim qui adheret veluti lue
 vnum corpus sit: maius tamen corpus
 fit quod si solus viri esset. aut so-
 lus uxoris. In rebus autem spiri-
 tibus cum minor maiori adheret
 sicut creatura creatori: illa fit
 maior quam erat non ille. In his
 enim que non mole magna sunt:
 hoc est maius esse quod est melius esse.
 Melior autem fit spiritus alicuius
 creature cum adheret creatori
 quam si non adhereret: et ideo etiam
 maior quam melior. Qui ergo adhe-
 ret domino vnum spiritus est. Sed tamen
 dominus non ideo fit maior. quoniam fi-
 at ille qui domino adheret. In ipso
 igitur deo cum adheret equali patri
 filius equalis. aut spiritus sanctus
 patri et filio equalis: non fit ma-
 ior deus quam singuli eorum. quod non
 est quo crescat illa perfectio.
 Perfectus autem sive pater sive filius

quod si pater et filius. quod quod non inuenit quomodo
 dici possit aut pater solus a filio solo.

sine spūs scūs. et p̄fātūs deus p̄r
 et filius et spūs sanctus: et ideo
 trinitas vocans q̄ triplex. **Ca. 7**
Et qm̄ ostendim⁹ nonū
 quomō possit dici solus
 p̄r. q̄ nō n̄ p̄r sibi p̄r: considerā
 da est illa sententia qua dī
 deū verū solū nō eē p̄rem so
 lū: s; p̄rem et filiū et spm̄ scm̄.
 Si quis enī introget p̄r solus
 utrū sit deus. quō respondebi
 tur nō eē: nisi forte ita dica
 mus eē quidē p̄rem deū. s; nō
 eē eū solū deū: eē aut̄ solum
 deū p̄rem et filiū et spm̄ scm̄:
 S; quid agim⁹ de illo testiom
 o domini: p̄r enī dicebat. et
 p̄rem noīauerat ad quē loq̄
 batur cū ait. Hec est aī vita
 eterna: ut cognoscāt te unū
 verū deū. Qd̄ quidē arriani
 sic solent accipe. q̄ nō sit fili
 us verus deus. Quib⁹ exclusis
 videndū ē an̄ itelligē cogam̄
 cū dictū ē p̄r. ut cognoscant
 te unū verū deū. tanq̄ hoc i
 sumare voluit q̄ et solus p̄r
 verus deus ē: ne nō itellige
 rem⁹ deū nisi ista tria simul
 p̄rem et filiū et spm̄ scm̄. Num
 ḡ ex dñi testimonio et p̄rem
 unū verū deū dicam⁹ et filiū
 unū verū deū et spm̄ scm̄ unū
 deū: et fil⁹ p̄r et filiū et spm̄ scm̄.
 id ē simul ip̄am trinitatē nō

tres veros deos. s; unū verū deū.
 An qm̄ addidit et quē misisti
 ih̄m xp̄m. subaudiendū ē unū
 verū deū: Et ordo verborū est.
 ut te et quē misisti ih̄m xp̄m cog
 noscant unū verū deū. Cur ḡ
 tacuit de spū scō: An qm̄ conse
 quens est. ut ubiq̄ nō dīatur
 unū tanta pace unū adherens
 ut phanc utriq̄ unū sit: iam
 ex hoc intelligatur etiā ip̄a par
 q̄uis nō cōmemoret⁹: Jam et
 illo loco ap̄lius videt⁹ q̄ p̄termittit
 te spm̄ scm̄: et tū ibi intelligit
 ubi ait. oīa v̄a. vos aut̄ xp̄i.
 xp̄us aut̄ dei. Et iterū. Caput
 mulieris vir. caput viri xp̄us:
 caput aut̄ xp̄i deus. S; rursum.
 si deus nō nisi oīa simul tria:
 quō caput xp̄i deus. id ē caput
 xp̄i trinitas. cū in trinitate sit xp̄us
 ut sit trinitas: An qd̄ ē p̄r cū filio.
 caput p̄r ei. qd̄ est solus filius:
 Cū filio enī p̄r deus. solus autē
 filius xp̄us est: marie q̄ iam
 v̄bū caro sc̄m̄ loquit⁹. S; cōm
 quā hūilitatē ei⁹ etiā maior ē
 pater sicut dicit. qm̄ p̄r maior
 me ē: ut hoc ip̄m deū eē qd̄ ē
 illi cū p̄r unū. caput sit hoīs
 mediatoris qd̄ ip̄e solus est.
 Si enī mentē recte dicam⁹ p̄r
 ap̄ale hominis. id ē tanq̄ caput
 hūane substantiae cū ip̄e homo
 cū mente sit hō: cur nō mltō

Sextus.

congruentia multoq; magis ubi
 huic cum patre quod simul deus est caput
 est christi. quoniam christus homo non cum verbo
 quod caro factum est intelligi non
 possit. Sed hoc ut iam diximus ali-
 quanto diligentius postea considera-
 bimus. Nunc autem equalitas
 trinitatis et una eademque substancia
 quantum breviter potuimus demon-
 strata est: ut quoquo modo se ha-
 beat ista questio quam discutie-
 dam acriter intentione distuli-
 mus. nichil impediatur quo minus
 fateamur summam equalitatem
 patris et filii et spiritus sancti. **Ca. 1.**

Quidam cum vellet brevissime
 singularium in trinitate per-
 sonarum insinuare propria: eter-
 nitas inquit in patre. species
 in ymagine. usus in munere. Et
 quod non mediocri auctoritatis in-
 tractatione scripturarum et assertio-
 ne fidei vir existit. hylarius cum
 hoc in libris suis posuit: horum
 verborum id est patris et ymaginis et
 muneris. eternitatis et speciei et
 usus abditam scrutatus intelli-
 gentiam. quantum valeo non eum secu-
 tum arbitror in eternitatis voca-
 bulo. nisi quod pater non habet patrem de
 quo sit: filius autem de patre est ut
 sit. atque ut illi coeternus sit. yma-
 go cum si perfecte implet illud cum
 ymago est: ipsa coequatur ei.
 non illud ymagini sue. In qua

ymagine specie nominavit.
 credo propter pulchritudinem. ubi
 iam tanta est congruentia. et
 prima equalitas et prima simi-
 tudo. nulla in re dissidens. et
 nullo modo inequalis. et nulla
 ex parte dissimilis. sed ad idem
 idem referens ei cum ymago
 est: ubi est prima et summa vita.
 cum non est aliud vivere et aliud
 esse. sed idem et esse et vivere: et
 primum ac summum intelligens cum
 non est aliud vivere et aliud
 intelligere. sed id quod est intelligere
 hoc vivere. hoc est esse unum
 omnia tamquam verbum perfectum cum
 non desit aliquid: et ars quedam
 omnipotentis atque sapientis dei
 plena omnium rationum vivencium.
 incommutabilium. et omnes unum in
 ea. sicut ipsa unum de uno. cum quod
 unum ibi novit omnia deus que
 fecit per ipsam: et ideo cum decedat
 et succedat tempora. non decedit a
 liquidum vel succedit scientie dei.
 Non enim hec que creata sunt
 ideo sciunt a deo quod facta sunt: ac
 non potius ideo facta sunt vel mu-
 tabilia. quod inmutabiliter ab eo
 sciuntur. Ille igitur ineffabilis qui-
 dam complexus patris et ymagi-
 nis non est sine perfectione. sine ca-
 ritate. sine gaudio. Illa igitur dilec-
 tio. delectatio. felicitas. vel beati-
 tudo. si tamen aliqua humana voce

digne dicitur vltus ab illo appel-
 latus est breuit et est in finitate
 spūs scūs nō genitus. s; genu-
 toris genitiq; suauitas igenti
 largitate atq; vbertate p fū-
 deus omēs creaturas p captu
 earū. ut ordinē suū teneant
 et loas suis acquiescant. Hec
 igit oīa que arte diuina scā
 sūt. et vnitatē quādā in se of-
 tendūt et speciem et ordinē.
 Quidquid enī horū est et vni-
 tatis nō ē sicut sūt nature cor-
 porū ingemāpāarū et aliqua
 specie formatur. sicut sūt fige
 ul' qualitates corporū ac idet
 ne. ul' artes aīaz et ordinē ali-
 quē petit aut tenet. sicut sūt
 pondera ul' collocatiōes corporū.
 atq; amores aut dilāones aīa-
 rū: aptet igit et creatorem p
 ea que scā sūt itellcā cōspicien-
 tes trinitatē intelligam? cuius
 in creatura quomō dignū est
 apparet vestigiū. In illa enī
 trinitate sūma origo ē rerū
 oīm. et pfectissima pulchitudo
 et beatissima delectatio. Itaq;
 illa tria et a se iuicem determi-
 nari videntur et se i finitā sūt.
 s; hic i reb; corporeis nō tū ē vna
 qntū tres sūt. et pl' aliqd sūt
 due q' vna res. Ceterū sūma
 unitate tū ē vna qntū tres sūt.
 tū vna qntū due. Ita et singula
 sūt in singulis

et omnia in singulis. et singula in
 omnibus: et oīa in omnibus. et vni-
 oīa. Qui videt hoc ul' ex pte ul'
 p speculū et i enigmatē. gaudeat
 cognoscens deū: et sicut deum
 honoret et gratias agat. Qui
 aut nō videt. tendat p pietatē
 ad videndū. nō p creatatē ad ca-
 lupriandū: qm vni' ē deus sed
 tū trinitas. Nec cōfuse accipien-
 dū ē. ex quo oīa. p que oīa. i quo
 oīa: nec dys multis. s; ipi glā
 i scā scōz Amen. **Explicit lib-**
sextus. Incipit capitulum vii.

Utrum quiddam de deo non rela-
 tiue s; ad seipm recte dici-
 aulibet plone i trinitate cōue-
 niat. **ij.** Ea que pās et filij esse
 cā significant nō eē relatiua.
 qz quid ad se nō ad aliqd dicit
 simul ambo sūt. **iiij.** De sapiā
 a deo genita ul' creata. **iiij.** Quid
 ul' a grecis ul' a latinis necesse
 fuit dici de ineffabili trinitate. **v.**
 De substantia et essentia. **vi.**
 De tribus plonis vni' eēntie.
Incipit liber septimus. bñ au.
Am nūc Ca. p mū.
Queram? diligenti-
 quātū dat deus qd
 paulo ante distuli
 mus. vtrū et singula queq; in
 trinitate plona possit et p seip-
 sam nō cū ceteris duab; dici
 deus. aut magis? aut sapiens.

aut verus. aut om̄ps. aut iustus.
 et si quid aliud de deo n̄ro dia po
 test nō relative. s; ad seipm̄: an
 vō non dicant̄ ista n̄ cū trinitas
 itelligitur. **Hoc** enī questione
 fāt. qz sc̄ptū est xp̄m̄ dei virtutē
 et dei sapienciā. vtrū ita sit pater
 sapiē atq; virtutis sue. ut hac sa
 piencia sapiens sit quā genuit.
 et hac virtute potens quā genu
 it: et qz sp̄ potens et sapiens. sem
 p̄ genuit virtutē et sapienciā.
Dixeram enī. si ita est: cur nō
 et magnitudinis sue p̄ sit. qua
 magnus ē. et bonitatis qua bo
 nus. et iusticie qua iustus. et alia
 si qua sūt: aut si hec oīa pluri
 bus vocabulis ī eadem sapiē
 et virtute itelligūt. ut ea sit
 magnitudo que virtus. ea bo
 nitas que sapiē. et ea rursus sa
 piencia que virtus sicut iam
 tractauim̄: meminerm̄ cū
 aliquid horū nomino sic accipi
 endū eē. ac si om̄ia cōmēorem.
Querit ḡ an p̄ eadē singulis
 sit sapiens atq; ip̄a sibi ip̄e sa
 piencia: an ita sit sapiens quō
 dicens. **Verbo** enī quod genuit
 dicens ē. nō verbo quō p̄fertur et
 sonat et transit: s; verbo quod
 erat apud deū et deus erat v̄bū.
 et om̄ia p̄ ip̄m̄ f̄a sūt. verbo
 equali sibi quo sp̄ atq; icōmu
 tabilit̄ dicit seipm̄. **Nō** est enī

ip̄e verbū. sicut nec filius nec
 ymago. **Dicens** aut̄ exceptis
 illis t̄palib; vocabus dei que ī
 creatura sūt. nā sonant et tran
 seūt. **Dicens** ḡ illo coeterno v̄bo
 nō singulus itelligit: s; cū ip̄o
 v̄bo sine quo nō est utiq; dicens.
Itane et sapiens sicut dicens:
 ut ita sit sapiē sicut verbū. et
 hoc sit v̄bū esse quō ē eē sapiē.
 hoc eadē eē virtutē. ut virtus
 et sapiē et verbū idem sit et rela
 tiue dicat̄ sicut filius et ymago:
 atq; ille nō singulus potens ul
 sapiens. s; cū ip̄a virtute atq;
 sapiē quā genuit. sicut nō sin
 gulus dicens. s; eo verbo et cū eo
 verbo quō genuit: atq; ita mag
 nus ea et cū ea magnitudic quā
 genuit: **Et** si nō alio magnus.
 alio deus. s; eo magn; quo deus.
 qz nō aliud illi ē magnū esse.
 aliud deū esse: cōsequēs est ut
 nec deus singulus. s; ea et cū ea
 deitate quā genuit. ut sic sit
 filius deitas p̄s. sicut sapiē et
 virtus p̄s: et sicuti ē v̄bū et y
 mago p̄s. **Et** qz nō aliud illi
 est eē. aliud deū eē. ita sit eadē
 essencia p̄s filius. sicuti ē v̄bū
 et ymago eius: ac p̄ hoc eadē
 excepto eo quō p̄ est. nō sit aliqd
 p̄ nisi qz est ei filius. ut nō tū
 id quō dicit̄ p̄ quō maifestū est
 eū nō ad seipm̄. s; ad filiū rela

tue dia. & ideo pater q̄ est ei
 filius: s̄ oīno ut sit q̄ ad
 seipm̄ est. ideo sit q̄ genuit
 essentia suā. Sicut enī mag
 nis ē nō nisi ea quā genuit
 magnitudine. ita & est. nō nisi
 ea quā genuit cētia: q̄ non
 aliud illi ē cē. aliud magnū
 cē. Itane igit̄ p̄r est cētia sue. si
 aut p̄r ē magnitudinis sue? si
 aut p̄r ē virtutis & sapie sue?
 Eadem quippe ei⁹ magnitudo
 que virtus: & eadem essentia
 que & magnitudo. Hec dispu
 tatio nata est ex eo q̄ scriptū ē
 xp̄m eē dei virtutē & dei sapien
 tia. Quapropter ī eas angustias
 sermo coartat̄ cū ineffabilia
 fieri cupim⁹: ut aut dicamus
 xp̄m non eē dei virtutē & dei sa
 pientia. atq; ita impudenter &
 impie resistam⁹ ap̄lo: a xp̄m
 quidē dei virtutē & dei sapien
 tia eē fateam⁹. s̄ ei⁹ p̄r nō
 eē p̄r virtutis & sapie sue.
 quod nō min⁹ impū ē. sic
 enī nec xp̄i erit p̄r q̄ xp̄s dei
 virtus & dei sapia est: aut nō
 eē p̄r virtute sua potentē
 neq; sapia sua sapientē. q̄ q̄s
 audeat dicē: aut aliud ī p̄r
 itelligi eē. aliud sapientem eē.
 ut nō hoc ip̄o sit quo sapiens
 ē q̄ de aīa intelligi solet que
 alias insipiens. alias sapiens

ē. velut natura mutabilis. et
 nō lūne p̄tēq; simplex: aut
 p̄r nō esse aliquid ad seipm̄
 & nō solū q̄ p̄r ē. s̄ oīno quod
 ē ad filiū relative dia. Quō ḡ
 eiusdē essentia filius aut p̄r?
 quāquidē ad seipm̄ nec essentia
 est. nec oīno est ad seipm̄. sed
 cā eē ad filiū illi est: At enī
 multo magis un⁹ eiusdemq;
 cētia. q̄ una eademq; essentia
 p̄r & filius: quāquidē p̄r nō ad
 seipm̄ ē ip̄m esse s̄ ad filiū. quā
 essentia genuit. & qua essentia
 ē quidquid est. Deuter ḡ ad se
 ē: & uterq; ad invicem relative
 dia. An p̄r solus nō solū q̄
 p̄r dia. s̄ oīno quidq; dia
 relative ad filiū dia. ille at
 dia & ad se: Et ita si est: quid
 dia & ad se. An ip̄a essentia:
 S; p̄r cētia est filius. sicut
 p̄r virtus & sapia: sicut v̄bū
 p̄r & ymago p̄r. Aut si cē
 tia dia ad se filius. p̄r aut nō
 est cētia s̄ genitor cētia.
 nō ē aut ad seipm̄. s̄ hac ip̄a
 cētia quā genuit sicut hac
 ip̄a magnitudie magn⁹ quā
 genuit: ḡ & magnitudo dia
 tur ad se filius. ḡ et virtus &
 sapia. & verbū & ymago. Sed
 aut absurdus q̄ ymagine
 ad se dia: Aut si nō idip̄ū
 ē ymago & verbū q̄ ē virtus

Septimus.

et sapientia. s; illa relative dicitur.
 hec autem ad se non ad aliud: incipit
 non ea sapientia quam genuit sapiens
 esse pater. quia non potest ipse ad eam rela-
 tive dici. et ille ad eum non relative
 dici. Omnia enim que relative di-
 cuntur. ad invicem dicuntur. Hestit
 etiam itaque ut etiam essentia filius re-
 lative dicatur ad patrem. Ex quo con-
 fiat opinatissimum sensus. ut
 ipsa essentia non sit essentia: ut certe
 cum dicitur essentia. non essentia s; relatiuum
 iudicatur: quomodo cum dicitur dominus. non essentia
 iudicatur s; relatiuum quo refertur
 ad servum. Cum autem homo dicitur ut aliquid
 tale quod ad se non ad aliud dicitur: tunc
 iudicatur essentia. Homo ergo cum dicitur dominus. ipse
 homo essentia est: dominus vero relative dicitur.
 Homo enim ad se dicitur. dominus ad servum.
 Hoc autem vnde agimus: Si esse
 etiam ipsa relative dicitur: essentia ipsa
 essentia non est. Huc accedit quia
 dominus essentia que relative dicitur.
 est etiam aliquid excepto relati-
 vo: sicut homo dominus. et homo servus. et
 equus iumentum. et numerus arra.
 Homo et equus et numerus ad se dicuntur
 et substantie sunt vel essentie: dominus
 vero et servus et iumentum et arra.
 ad aliquid relative dicuntur. S; si
 non esset homo id est aliqua substan-
 tia: non esset qui relative dominus
 diceretur. Et si non esset equus
 quedam essentia: non esset quod
 iumentum relative diceretur.

Ita si numerus non esset aliqua sub-
 stantia: nec arra posset rela-
 tive dici. Quia propter se et patrem non
 est aliquid ad seipsum: non est
 omnino qui relative dicatur ad
 aliquid. Non enim sicut ad aliquid
 coloratum refertur color eius.
 nec omnino ad se dicitur color. s; sem-
 per aliquid coloratum est: illud autem
 cuius color est etiam si eo quod colora-
 tum dicitur ad colorem refertur. tamen id
 quod corpus dicitur ad se dicitur: nullo modo
 ita putandum est patrem non dici
 aliquid ad seipsum. s; quod quod dicitur
 ad filium dici. eundem vero filium
 et ad seipsum dici et ad patrem cum
 dicitur magnitudo magna. et
 virtus: potens utique ad seipsum.
 et magnitudo atque virtus mag-
 ni et potentis patris qua pater mag-
 nus et potens est. Non ergo ita: s; utrumque
 substantia. et utrumque una
 substantia. Sicut autem absurdum
 est dicere candidum non esse caudorem:
 sic absurdum est dicere sapien-
 tem non esse sapiam. Et sicut cau-
 dor ad seipsum candidus dicitur. ita et
 sapientia ad seipsum dicitur sapiens: s; caudor
 corporis non est essentia.
 quoniam ipsi corpus essentia est. et illa
 eius qualitas. Vnde et ab eo
 dicitur candidum corpus cui non est
 hoc esse quod candidum esse. Aliud
 enim ibi forma et aliud color: et
 utrumque non in seipso s; in aliqua

mole: que moles nec color n' forma est. s; formata atq; colorata. Sapia vō r sapiens ē. r seipsa sapiens ē. Et qm̄ q̄cuq; aīa p̄cipatiōe sapie fit sapiens. si rursus desipiat manet tū in se sapia. nec cū aīa fuerit ī stulticiā cōmutata. illa mutat: nō ita ē ī eo qui ex ea fit sapiens quēadmodū candor ī corpe qd̄ ex illo candidū ē. Cū enim corpus ī aliū colorem fuerit cōmutatū. nō manebit candor ille: atq; oī no esse desinit. Qd̄ si r pater qui genuit sapiam ex ea fit sapiens. neq; hoc ē illi eē qd̄ sape: qualitas eius ē filius non ples eius. r nō ibi iā lūna erit simplicitas. S; absit ut ita sit. Quia vō est ibi lūne simplex eēcia: hoc g' ibi est eē qd̄ sape. Qd̄ si hoc est illi esse qd̄ sape. nō p̄ illā sapiam quā genuit sapiens est p̄: a loqū nō ip̄e illā s; illa cū genuit. Quid enim aliud dīqim' cū dicim' hoc ē illi eē qd̄ sape? nisi eo ē quo sapiens ē: Quia ppter que causa illi ē ut sapiens sit: ip̄a illi causa ē ut sit. P̄inde si sapia quā genuit causa illi est ut sapiens sit: etiā ut sit ip̄a illi causa est. Qd̄ fieri nō potest n̄ gignēdo

cū aut faciendo. S; neq; genitricē neq; conditricē p̄is vllō mō quisq; dixerit sapiam. Quid enim est insanius: Ergo r p̄ ip̄ se sapia ē. Et ita dī filius sapiencia p̄is quō dī lumen p̄is: id ē ut quēadmodū lūne de lūmine r utrūq; lumen unū. sic ī telligat sapiencia de sapia. r utrūq; vna sapia. Ergo r vna eēcia: q; hoc est ibi esse qd̄ sapere. Quod enim ē sapie sapere. r potencie posse. r eternitati eternā eē. iusticie iustā eē. magnitudini magnā eē: hoc est essencie ip̄m esse. Et q; in illa simplicitate nō ē aliud sape q' eē: eadem ibi sapia q' essencia.

Pater ig' r filius **Cap. ij.**
 Simul vna essencia. r vna magnitudo. r vna veritas. et vna sapia. S; nō p̄ r filius simul ambo unū verbū: q; nō simul ambo un' filius. Sicut enim filius ad p̄em refertur. nō ad seipm̄ dī: ita r verbū ad eū au' est verbū refert' cū dicit verbū. Et quippe filius quo v̄bū: r eo verbū quo filius. Quoniā ig' p̄ r filius simul nō utiq; vnus filius: cōsequēs ē ut p̄ r filius simul nō ambo unū verbū. Et p̄tea non eo verbū quo sapiencia: quia verbū nō ad se dī. s; tūm rela

tine ad eū au' v'bu' est sicut fi-
lius ad p'cm. Sapia vō eo quo
essencia: r' ideo q' vna eēcia et
vna sapia. Quonia' vō r' v'bu'
sapia est s; nō eo verbū quo sa-
piencia. verbū enī relatiue. sa-
piencia essenciatit intelligit:
id dicit accipiam' cū dī verbū
ac si dicatur nata sapia. ut sit
r' filius r' ymago: r' hec duo cū
dicuntur id est nata sapia i' vno
cor' eo qd' ē nata r' verbū et y-
mago et filius intelligat. r' in
hys omibus nōibus nō ostenda-
tur eēcia q' relatiue dicuntur:
at in altero qd' est sapia qm' et
ad se dī. seipsa enī sapiens est.
etā eēcia demonstrat: r' hoc
eius eē qd' sape. Vnde p' r' fili'
simul vna sapiencia et vna essen-
cia: r' singillatim sapia de sapia.
sicut eēcia de eēcia. Quare
nō q' p' nō est filius r' filius nō
est p'. aut ille ingenuus ille at
genitus: ideo nō vna essencia.
q' hys nōibus relatiua eorū ol-
tendunt. Vterq' aut' simul vna
sapia r' vna essencia: ubi hoc
est eē qd' sape. Nō aut' simul v-
terq' verbum aut filius: q' nō
ē hoc esse qd' verbū eē aut filiū
eē. sicut iā stati' oīdim' ista re-
latiue dicit. **Capitulum tertium.**
Qur g' in scripturis vniq' fere
de sapia quidq' dī. nisi ut
ostendatur a deo genita ul' creata:

Genita scilicet p' quā scā sunt
oīa: creata vero ul' scā sicut i'
hōibus. cū ad eā que nō creata
r' scā s; genita est conuertit' et
illustrant'. In ipis enī fit aliqd'
qd' vocet' eorū sapia: ul' illud
scripturis p'nuāciatib' aut nar-
rantibus qd' v'bu' caro scā est
r' habitauit in nobis. Hoc mo-
do enī xp'us scā sapia est. quia
scāus est homo. An p'ptea non
loquit' in illis libris sapiencia.
uel de illa dī aliquid nisi qd'
eam de deo natā ostendat aut
scām q'uis sit r' p' ipā sapia:
q' illa nobis sapia cōmendāda
erat r' imitanda. au' imitatio-
ne formam'. Pater enī dicit
eā ut v'bu' eius sit. nō quomō
p'fertur ex ore verbū sonans
aut ante p'nuāciationē cogita-
tur. spacijs enī tpm hoc com-
pletur. illud at' eternū ē: r' il-
luminādo dicit nobis r' de se
r' de p're qd' dicendū est hōibus.
ideoq' aut. nemo nouit filiū n'
p'. r' nemo nouit p'cm n' filiū.
r' cui voluerit filius reuelare:
q' p' filiū reuelat p'. id r' per
verbū suū. Si enī hoc verbū
qd' nos p'ferim' t'pale r' tūlito-
riū. r' seipm' ostendit r' illud de
quo loquim': q'nto magis v'bu'
dei p' quod scā sūt oīa. qd' ita
ostendit p'cm sicuti ē pater.
q' r' ipm' ita ē. r' hoc ē qd' pater.

scdm qd sapiā ē r eēnaa. **N**ā
 scdm qd verbū nō hoc est qd
 p̄r. qz verbū nō est p̄r. et v̄bū
 relative dī sicut filius qd utiqz
 nō p̄r. r ideo xp̄s virtus r sa-
 piencia dei. qz de p̄re virtute r
 sapiā etiā ipse virtus r sapiā
 est. sicut lumen de p̄re lumīe
 r fons vite apud deū p̄rem v-
 tiqz fontē vite. qm apud te in-
 quit fons vite. r in lumīe tuo
 videbim⁹ lumen. qz sicut pater
 habz vitā in semetip̄o. sic de-
 dit filio vitā h̄re in semetip̄o.
 r erat lumen verū qd illūiat
 oēm hominē veniētē in hūc
 mūdū. r lumen hoc verbum
 erat apud deū. s; r deus erat
 v̄bū. deus aut lumen ē. r tene-
 bre in eo nō sūt vllē. lumen vō
 nō corpale s; spūale. neqz ita
 spūale ut illūatione factū sit
 quē admodū dictū ē aplis. vos
 estis lumen mūdi. s; lumen
 qd illūiat oēm hominē: ea ip̄a
 r sūma sapiā dicit vnde nūc
 agim⁹. Sapiā ḡ filius de sapiā
 p̄re. sicut lumen de lumīe r de-
 us de deo: ut r singulus p̄ lumīe.
 r singulus filius lumen. r singu-
 lus p̄ deus. r singulus filius de⁹.
Ergo r singulus p̄ sapiā. r singu-
 lus filius sapiā: et sicut utrūqz
 simul vnū lumen r vnus deus.
 sic utrūqz vna sapiā. s; filius fac-
 tus ē nobis sapiā a deo r iusticia

r s̄ificatio: qz t̄p̄alit nos ad illū
 cōitū id ē ex aliquo t̄p̄e ut cū il-
 lo maneam⁹ i et̄nū: r ip̄e ex quo
 tā t̄p̄e v̄bū caro f̄m ē r habitauit
 i nobis. **P**terea iḡ cū p̄nūat
 i sc̄pturis aut narrat aliqd de sa-
 piā. sive dicente ip̄a. sive cū de il-
 la dī. filius nobis potissimū i
 sūnat: cū ymaginis exem-
 plo nos nō discedam⁹ a deo. qz
 r nos ymago dei sum⁹. nō qui-
 dem equalis. f̄m quippe a p̄re
 p̄ filiū. nō nata de p̄re sicut illa
 r nos qz illūiat lumīe. illa
 vō qz lumen illuminās: r idē
 illa sine exemplo nobis exem-
 plū est. **N**eqz enī imitat̄ p̄cedē-
 tem aliquē ad p̄rem. a quo nūqz
 ē oīno sepabilis: qz idiplū est
 qd ille de quo ē. **N**os autē imē-
 tes imitam⁹ manētē r sequimur
 stantē. r i ip̄o ambulantes ten-
 dim⁹ ad ip̄m: qz f̄m est nobis
 via tēporalis p̄ hūilitatē. que
 mansio nobis eterna ē p̄ diu-
 nitatē. **C**ūo quippe sp̄itibus
 mūdis itell̄cūalib⁹ qui supbia
 nō lapsi sūt in forma dei r deo
 equalis r deus prebet exemplū:
 ut se idē exemplū redeundi
 etiā lapsi preberet hōi. q̄ p̄t
 imūdiā p̄corū penāqz imor-
 talitatis deū videre nō poterāt
 semetip̄m exinaniūt nō mu-
 tando diuinitatē suā. s; nrām
 mutabilitatē assumendo. et

formā serui accipiens venit
ad nos in hūc mūdū. qui t̄ h̄
mūdo erat qz mūdus p̄ eū fac-
tus ē: ut exemplū surtū vidē-
tibus deū. exemplū deorsum
mirantib⁹ hoīem. exemplū
sanis ad p̄manendū. exēplū
īfirmis ad cōualescendū. exē-
plū mortuis ad nō timēdū.
exemplū mortuis ad resurgē-
dū esset. in oībus ip̄e p̄matū
tenens. Quia eī homo ad b̄a-
tudinē sequi nō debebat nisi
deū. ⁊ sentire nō poterat deū:
sequēdo deū hoīem sc̄m seque-
retur simul ⁊ quē sentire po-
terat. ⁊ quē sequi debebat. **A-**
men⁹ ḡ eū ⁊ inheream⁹ illi
caritate diffusa ī cordibus
nr̄is p̄ sp̄m sc̄m qui datus est
nobis. Non iḡ mirū si p̄t
exemplū qd̄ nobis ut refor-
marem⁹ ad ymaginē dei p̄-
bet ymago equalis p̄a. Cū
de sapia scriptura loquit̄. de fi-
lio loquitur quē sequim⁹ uiuē-
do sapient. q̄uis ⁊ p̄r sit sapi-
entia sicut lumen ⁊ deus. Spi-
ritusq; sc̄s siue sit sūma ca-
ritas utrūq; cōiūgens nos qz
subiūgens. qd̄ ideo nō idigne
dicatur qz scriptū est. deus
caritas est: quo mō eadē ip̄e
nō est sapia cū sit lumen. q̄
uā deus lumen est: Siue
alio mō ecūcia sp̄s sancti

singillatī ac p̄prie nomināda
est. qm̄ deus est. utiq; lumen
ē: ⁊ qm̄ lumen ē. utiq; sapia
ē. Deū aut̄ esse sp̄m sc̄m sc̄p-
tura clamat apud aplm̄ qui
dicit. **Nescitis qz templū dei**
estis? Statimq; subiecit. ⁊ sp̄s
dei habitat in vobis. Deus at̄
habitat in templo suo. Non
eū tamq̄ m̄ster habitat sp̄s
dei in templo dei: cū alio loco
evidentius dicat. **Nescitis qz**
corpa v̄ra templū in vobis ē
spiritus sc̄i quē habetis a deo
⁊ nō estis v̄r: Empti eī estis
precio magno: glorificate ḡ
deū in corpe v̄ro. Quid ē ergo
sapia nisi lumen sp̄uale ⁊ in-
cōmutabile: Est eū ⁊ sol ille
lumen s; corpale: est ⁊ sp̄ualis
creatura lumen. s; nō icōmuta-
bile lumen. Ergo p̄r lumē. fili⁹
lumen. sp̄s sanct⁹ lumē. Simil̄
aut̄ nō tria lumina. s; unū lu-
men: ⁊ ideo sapia p̄r. sapiētia
filius. sapia sp̄s sc̄s: ⁊ siml̄
nō tres sapiēcie. s; vna sapia.
Et qz hoc est ibi eē qd̄ sape.
vna essentia p̄r ⁊ filius ⁊ sp̄s
sc̄s: nec aliud ibi ē eē q̄ deū
esse. **Unus ḡ deus pater ⁊ fi-**
lius ⁊ sp̄s sc̄s. **Cap. qrtū.**

Ita ⁊ loquendi causa de
ineffabilibz ut fari ali-
quo mō possim⁹ qd̄ esset nullo
mō possim⁹. dictū ē a nr̄is gre-
cis vna essentia tres

substantiae. a latinis aut una
 eētia ul' substantia tres plo
 ne: qz sicut iā dixim' nō ali
 ter in sermone nro idz lati
 no eētia q' substantia solet
 itelligi. S; dū intelligatur
 saltē in enigmate quod dicitur.
 placuit ita dici ut diceret
 aliqd cū quereretur quid tria
 sunt: que tria eē fides vera
 pūciat. cū r p̄m nō dicit
 esse filiū. nec filiū eē p̄m.
 r sp̄m sc̄m qd ē donū dei nec
 p̄m dicit eē nec filiū. Cū g'
 querit' qd tria ul' qd tres: con
 ferim' nos ad inueniendū ali
 quid speciale ul' gūale nomē
 quo complectam' hec tria:
 neqz occurrit animo. qz exce
 dit supereminētia diuinita
 tis vilitati eloquij facultatē.
Verius enī cogitat' deus q' dicit:
 r verius ē q' cogitat'. Cū enī
 dicim' nō eūdem eē iacob qui
 ē abrahā. ysaac aut' nec ab
 ham esse nec iacob. tres esse
 utiqz fatem' abrahā ysaac r
 iacob: s; cū queritur qd tres.
 respondem' tres homines. no
 mine sp̄ali eos pluralit' ap
 pellantes: gūali aut' si dica
 mus tria animalia. Nō enī
 sicut veteres definerūt aīal
 est rationale mortale: aut
 sicut scripture nrē loqui solet
 tres aīas cū a pte meliore to

tū appellare placet idz ab aīa
 r corpus r animā qd est tot'
 homo. Ita quippe dictū ē in
 egiptū descendisse cū iacob
 aīas septuagintaquqz p tot'
 hoībus. Item cū dicim' equū
 tuū nō eū esse qui meus est.
 r teratū alicui' alterius nec
 meū eē n' tuū. fatem' tres eē:
 r interroganti quid tres. respon
 dem' tres equos noīe sp̄ali. ge
 nerali aut' aīalia tria. Itēqz
 cū dicim' bouē nō eē equū. ca
 nē vō nec bouē esse n' equū.
 tria quedā dicim': r p̄cūctan
 tibz quid tria. nō iā speciali no
 mie dicim' tres equos aut tres
 boues. aut tres canes. qz non
 eadem specie continēt': s; gūa
 li tria aīalia. siue superiori gūe
 tres substantias ul' tres creatu
 ras ul' tres naturas. Quocūqz
 aut' plurali nō eūciantur
 sp̄alit' vno noīe etiā gūaliter
 enūciari possūt: nō aut' oīa
 que gūaliter noīe vno appel
 lantur. etiā sp̄alit' appellare
 vno noīe possūm'. Nam tres
 equos quod ē nomen sp̄ale.
 etiā aīalia tria dicim': equū
 vō et bouē r canē aīalia tū
 tria ul' substantias dicimus
 que sūt gūalia noīa. r si quid
 aliud de hys gūalit' dici p̄t.
 Tres vō equos aut boues a
 canes que specialia vocabula

sūt. nō ea possum⁹ dicere. Ea
 quippe vno noīe quīs plura
 lit enūciām⁹. que cōiter habēt
 illud qd̄ eo noīe significantur.
Abrahā quippe ⁊ ysaac ⁊ ia
 cob cōmune habent id qd̄ est
 hō. Itaq; dicūt tres hoīes. ⁊
 quīs quoq; ⁊ bos ⁊ canis cōe
 habent id qd̄ ē animal. Dicū
 tur iḡ tria aīalia. Ita tres ali
 quas lauros etiā tres arbores
 dicim⁹: laurū vō ⁊ mirtū ⁊ o
 leam tū tres arbores ul' tres
 substantias aut naturas. At
 q; ita tres lapides etiā tria cor
 pa: lapidē vero ⁊ lignū ⁊ fer
 rū tantū tria corpa. ul' si quo
 etiā supiore gūali noīe dici
 possūt. **P**ater ḡ ⁊ filius ⁊ sp̄s
 sc̄us qm̄ tres sūt. qui tres sūt
 queram⁹. quid cōmune habe
 ant. **N**on enī cōmune illis
 est id qd̄ p̄r ē. ut inīcē sibi sūt
 p̄res: sicuti amīcī cū relatiue
 ad alterutrū dicunt⁹ possūt
 dici tres amīcī qd̄ inīcē sibi
 sūt. **N**on autē hoc ibi. q; tū
 p̄r ibi p̄r: nec duoz p̄r s; vni
 filij. **N**ec tres filij: cū p̄r ibi
 non sit filius nec sp̄s sc̄us.
Nec tres sp̄s sc̄i: q; ⁊ sp̄s sc̄s
 pp̄ria significatiōe qua etiā
 donū dei dicit⁹ nec pater nec
 filius. **Q**uid iḡ tres: **S**i enī
 tres plone: cōmune ē eis id
 qd̄ plona ē. **E**rgo speciale h̄

aut gūale nomen est eis. si cō
 suetudinē loquendi conspicias.
Sz ubi ē nature ulla diuersi
 tas. ibi gūalit enūciāt aliqua
 plura: ut etiā sp̄alit enūciāi
 possunt. **N**ature enī differēcia
 facit ut laurus ⁊ mirtus et
 olea. aut equus ⁊ bos ⁊ canis
 nō dicant⁹ sp̄ali noīe iste tres
 lauri aut illi tres boues: sed
 gūali. ⁊ iste tres arbores ⁊ illa
 tria aīalia. **H**ic vō ubi nulla
 est eēcie diuersitas: optet ut
 sp̄ale nomen habeant h̄ tria
Ed tū nō inuenit⁹. **N**ā plona
 gūale nomē ē: ī tantū ut etiā
 hō possit hoc dici. cū tantū intē
 sit in hoīem ⁊ deū. **D**einde in
 ip̄o generali vocabulo si pp̄rā
 dicim⁹ tres plonas q; cōmune
 ē eis id qd̄ plona est. alioq; nō
 nullo modo possūt ita dici que
 admodū nō dicūt⁹ tres filij
 q; nō cōmune ē eis id qd̄ ē fili⁹:
 cur nō etiā tres deos dicimus?
Certe enī quia p̄r plona. ⁊ fili⁹
 plona. ⁊ sp̄s sc̄us plona. ideo
 tres plone. **Q**uia ḡ p̄r deus ⁊
 filius deus. ⁊ sp̄s sanctus deus:
 cur nō tres dij: **A**ut qm̄ pp̄r
 ineffabilem cōiūctionē h̄ tria
 simul vn⁹ deus: cur nō etiā
 vna plona. ut ita nō possum⁹
 dicere tres plonas quīs lingu
 lam qm̄q; appellem⁹ plonam.
 que admodū nō possum⁹ dicere

tres deos. quibus singulum quemque
 appellemus deum siue patrem. siue
 filium siue spiritum sanctum. An quod scriptu-
 ra non dicat tres deos: Sed nec
 tres personas alicubi scriptura com-
 memorare inuenimus. An quod nec
 tres nec unam personam scriptura di-
 cat hec tria. legimus enim personam
 deum non personam deum vel dominum.
 propterea licuit loquendi et dispu-
 tandi necessitate tres personas
 dicere: non quod scriptura dicat. sed quod
 scriptura non contradicat. Si
 autem diceremus tres deos: contra-
 diceret scriptura dicens. Audi
 israel: dominus deus tuus deus
 unus est. Cur ergo et tres essentia-
 as non licet dicere: quod similiter
 scriptura sicut non dicat. ita nec
 contradicat. Nam essentia si
 speciale nomen est commune tribus.
 cur non dicuntur tres essentiae sicut
 abraham ysaac et iacob tres ho-
 mines: quod homo speciale nomen est
 commune omnibus hominibus. Si autem
 speciale nomen non est essentiae
 sed generale. quod homo et pecus et arbor
 et hydus et angelus dicuntur essentiae:
 cur non dicuntur iste tres essentiae
 sicut tres equi dicuntur tria anima-
 lia. et tres lauri dicuntur tres ar-
 bores. et tres lapides tria corpora.
 Aut si propter unitatem unitatis
 non dicuntur tres essentiae sed una
 essentia: cur non propter eandem
 unitatem non dicuntur tres substantiae

ae vel tres personae. sed una sub-
 stantia et una persona: Quia
 enim est illis commune nomen
 essentiae. ita ut singulus quisque
 dicatur essentia: quoniam illis com-
 mune est vel substantiae vel per-
 sonae vocabulum. Quid enim de
 personis secundum nostram. hoc de
 substantiis secundum grecorum con-
 suetudinem ea que diximus
 oportet intelligi. Sic enim di-
 cunt illi tres substantias
 unam essentiam: quemadmodum
 nos dicimus tres personas
 unam essentiam vel substantiam.
 Quid igitur restat: An ut
 fateamur loquendi necessita-
 te parva haec vocabula. cum
 opus esset copiosa disputa-
 tione aduersus insidias vel
 errores hereticorum: Cum enim
 conaretur humana inopia
 loquendo proferre ad homi-
 num sensus. quod in secretario
 mentis per captum tenet de do-
 mino deo creatore suo. siue
 per piam fidem siue per qualem-
 cumque intelligentiam: tamen
 ita dicere tres essentias. ne in-
 telligeretur in illa summa eq-
 litate ulla diuersitas. tur-
 sus non esse tria quedam non
 poterat dicere: quod sabellus
 quod dixit in heresim lapsus
 est. Certissime quippe et de
 scripturis cognoscatur quod

pie credendum est. et aspectu me-
 tis indubitata perceptione pre-
 stringitur. et patrem esse et filium
 et spiritum sanctum: nec eundem filium esse
 qui pater est. nec spiritum sanctum eundem
 patrem esse vel filium. Quasi
 quid tria diceret: et dicit sub-
 stantias siue personas. Quibus
 nominibus non diuersitate intel-
 ligi voluit. sed singularitate
 noluit: ut non solum ibi unitas
 intelligatur ex eo quod dicitur
 una essentia. sed et trinitas ex
 eo quod dicuntur tres substantiae.
 vel personae. Nam si hoc est deo
 esse quod subsistere. ita non erant
 dicende tres substantiae. ut
 non dicantur tres essentiae: que
 admodum quod hoc est deo esse quod
 sapere. sicut non tres essentias.
 ita nec tres sapientias dicuntur?
 Sic enim quod hoc illi est deum esse
 quod est esse: tamen tres essentias quod
 tres deos dici non est fas. **S.**
 Si autem aliud est deo esse. aliud
 subsistere. sicut aliud deo esse
 aliud patrem esse vel dominum esse.
 quod enim est ad se dicitur. pater autem
 ad filium et dominus ad seruientem
 creaturam dicitur: relative ergo
 subsistit sicut relative gignit
 et relative dominatur: ita
 iam substantia iam non erit
 substantia. quod relatiuum erit.
 Sicut enim ab eo quod est esse
 appellatur essentia: ita ab

eo quod est subsistere substantia
 dicuntur. Absurdum est
 autem ut substantia relati-
 ue dicatur. Omnis enim res
 ad seipsum subsistit: quoniam
 tomagis deus. si tamen dig-
 num est ut deus dicatur subsistit.
De his **Cap. v.** **I**tere.
 Deum rebus recte intelli-
 gitur in quibus subiectis
 sunt ea que in aliquo sub-
 iecto esse dicuntur. sicut
 color aut forma in corpore.
 Corpus enim subsistit. et
 ideo substantia est: illa vero
 in subsistente atque in subiecto
 corpore. que non substantiae
 sunt sed in substantia: et ideo
 si esse desinat vel ille color
 vel illa forma. non adiuuat
 corpori corpus esse. quod non
 hoc est ei esse quod illa vel
 illa forma colore ve retine.
 Res ergo mutabiles neque sim-
 plices proprie dicuntur substan-
 tiae. Deus autem si subsistit
 ut substantia proprie dici
 possit. inest in eo aliquid tanquam
 in subiecto: et non est simplex
 cui hoc sit esse quod illi est. quid
 quid aliud de illo ad illud
 dicitur. sicut magnus omnis
 bonus: et si quid huiusmo-
 di de deo non incongrue di-
 citur. **N**efas est autem dice-
 re ut subsistat. et subsit deus

bonitati sue: atq; illa bonitas
